



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Bona Virgo. 24. April.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

24. April. VITÆ SANCTORUM. 261  
CHRISTO, caput iterum coronandum securi subdidit; cum prius ad ejus imperium corruiissent omnia Numinum simulachra, & cacodæmones se esse, non Deos, ultrò edixissent, verissimo omnium, quod unquam dederunt, oraculo.  
*Ex Metaphr.*

Deus ipse omnium rector ac Dominus cum  
omni Angelorum militiâ certamen tuum  
expectat, tibique contra Diabolum dimi-  
canti parat aeternitatis coronam. S. Amb.  
in Epist.

S. BONA VIRGO. 24. April.

**A** Ge virgo animo, hæ tibi leges feruntur. Lecto pudico cubato. Vester cilicium esto. Ut latrones domesticos effugias, pudorem peregrè ad Divum templam circumferto. Nempe duras, ais, & verè æreas leges fixisti. Quid vis dicam? Tumon potes quod isti & istæ? addo quod virguncula Bona potuit, cui vix septenni has leges ipse summus Legislator Christus tulit, annuente & probante virginie animo. quid? quod ultrò non lecto, sed stramine involvit pudorem, si non tam molliter, certè securius dormiturum? quod non semel, sed decies ex Italiâ ad S. Jacobi sepulchrum in Galæciam abiit? quod tres omnibus septimanis dies non nisi pane & aquâ traduxit, & reliquis, quibus opiparè vixit,

R 3

legu-

262 VITÆ SANCTORUM. 25. April.  
leguminibus vixit, etiam tunc, cùm ab  
Hierosolymitano itinere & longâ Sar-  
cenorum captivitate redux continuâ fe-  
bri laboravit? Superi! quis nostrum  
ægro corpusculo facit tam ægrè? Nimi-  
rum Virgo facit, ut periclitanti pudici-  
tiæ medicinam faciat. Et arrisit his stu-  
diis Christus ipse, qui Jerosolymæ ad  
sepulchrum suum orantis Bonæ capiti-  
ter manum suam imposuit, & post qua-  
dragintadiale jejunium traductum, in eâ-  
dem eremo à Virgine, in quâ ipse tradu-  
xerat olim, annulo sibi visendus despon-  
savit, multisque aliis miraculis ornavit.  
Ultimò è vitâ Bonæ inter risum cantus  
que abiit. Quid miraris lector? dum vixit,  
flevit. Ex Bzovio 13. tom. ann. Eccl.

Fidelis & religiosus animus ea, qua  
funt cœlestia, concupiscat, & divinarum  
promissionum avidus in amorem se incor-  
ruptibilis boni & in spem veræ lucis attol-  
lat. S. Leo Papa in Ann. Assump. sus-  
ferm. 2.

S. MARCUS. 25. Aprilis.

Marcus ut primum res Christige-  
stas litteris consignavit, à Petro  
Alexandriam legatus est: cum ipso etiam  
Evangelium in urbem penetravit. Cùm  
enim sub portâ Anianus cerdo detri-  
tas Apostoli soleas reficeret, subulâ-  
que in lavyam exerrante, Deum, ut  
fit